

## Band II., Nr. 466, Seite 270-272

*Pfalzgraf Rudolf von Tübingen gewährt dem von dem Prämonstratenser- an den Zisterzienserorden übergegangenen Kloster Bebenhausen die den Vorschriften dieses Ordens entsprechende Befreiung von vogteilichen Lasten und sichert demselben verschiedene andere Begünstigungen, namentlich die näher bezeichnete Benützung des Schönbuchwaldes.*

Asperg, 1191. Juli 30.

In nomine sancte et individue trinitatis.<sup>a</sup> Ego Rudolfus, dei gratia palatinus comes de Twingen, venerabili abbati Diepoldo cunctisque canonicis sibi succedentibus in perpetuum. Noverit generatio presens et omnis que nascetur et exurget, quod cum universitatis auctor sue sanctissime genetrici domum illam in Bebenhusen per nostre amministrationis impendia fundari disposuisset, adhibito consensu dilecte iugalis nostre Mahtildis et liberorum nostrorum, predium ipsum quod erat Spirensis ecclesie, favente et confirmante gloriosissimo imperatore Friderico eiusque filio rege Heinrico aliisque regni principibus, ordine iudiciario per concambium acquisivimus, et eorundem auctoritate locum ob iugem nostri parentumque nostrorum memoriam in cultum divine religionis Premonstratensi ordini deputavimus. Postmodum vero eiusdem ordinis conventu certa de causa sublato et ordine Cysterciense per auctoritatem domini Heinrici imperatoris, qui tunc patre defuncto in imperium successerat, feliciter subrogato, locum illum et omnes homines censuales ad ipsum pertinentes cum possessionibus suis ab advocatoria simul et ab exactoria condicione qua nobis tenebatur, sicut eiusdem ordinis exigit institutio, penitus emancipavimus. Et quoniam eorundem religiosorum sancta et beneplacens conversacio nos ad ampliora beneficia conferenda permovit, illud quoque specialis doni privilegium iure perpetuo contulimus: ut quicumque ministerialium vel mercatorum vel rusticorum, seu cuiuscumque condicionis aut professionis homo, infirmus aut incolumis, ad ipsorum conversacionem transire, vel quicquam de rebus suis mobilibus aut immobilibus transferre voluerit, liberam de omnibus teneat facultatem, hic scilicet qui nostre dicioni est subiectus. Hos igitur apud tremendum iudicem supplices advocatos, de meritis nostris nihil presumentes, magis eligimus, hanc ab ipsis recipientes gratiam firmiter ac fideliter promissam: ut post obitum nostrum singulis diebus quibus licuerit missa defunctorum in nostri memoriam parentumque nostrorum semper ibidem celebretur. Nec illud sane pretereundum quod possessiones et

---

<sup>a</sup>Die Schrift der ersten Zeile von *In nomine bis trinitatis*. ist Unzialschrift, nicht die sonst gewöhnliche verlängerte Minuskel.

## II

predia que sunt a nobis ipsis collata vel conferenda ab omni advocati dominatione constituimus semper esse libera. Divine quoque retributionis intuitu eidem cenobio indulgimus auctoritate imperiali in silva Schainboch hos terminos: quorum primus est ubi confluunt duo rivuli Stainahe et Bolstersbach, et descensus per eundem rivum qui Steinahe vocatur. Ab hinc per ascensus montium usque ad Gebharteseiche, inde usque dum venias Thabernenbrvnen. Ab hinc usque Diefen clingen et per ascensus eiusdem vallis usque dum venias ad pratum quod dicitur K̄nonis. Inde ad verticem proximi montis et per eius confinia usque ad sedes. Hinc ad lapideum pontem, ab hinc usque ad clivum qui dicitur Hannesteige. Inde ad cornu quod dicitur Algersrvvthi, usque dum venias ad rivulum qui dicitur Quirenbach, ad transitum vie Reni. Hinc descensus eiusdem rivuli qui dicitur Quirenbach usque in Stainahe: ut in his terminis ligna igni vel aliis usibus suis necessaria incidant. Quod si in prescriptis terminis non reperiuntur ligna ad edificia eorum sufficientia, in tota silva que dicitur Schainboch liberam incidendi habeant facultatem; et pascuis tocius silve utantur, exceptis ovibus eorum, quibus ibi depascendi non concedimus libertatem. Ne quis igitur huius tradicionis tam firmam rationem temere presumat infringere, presentem cartam sigilli nostri inpressione, testium quoque designatione fecimus insigniri. Testium inquam qui interfuerunt hec sunt nomina. De clero: Diethelmus, episcopus Constantiensis. Gothfridus, abbas Sconaugensis. Diepoldus, abbas in Bebenhusen. Albertus, plebanus de Twingen. R̄vdolfus, decanus de Asperk. Wal et Hainricus capellani. De liberis: Burchardus, comes de Hohenberc. Albertus de Oberenstetin. Walterus de Otenbruke<sup>1</sup>. Adelbertus de Mezzingen. Albertus et frater eius Cunradus de Stofeln. Waltherus de Grezingen. Albertus et filius eius C̄vno de Griffenstein. Hiltiboldus de Isenburk. Eberhardus de Anthringen. Albertus de Ravenstein. De ministerialibus: Fridericus dapifer et frater eius Diemo. Cunradus, advocatus de Ruke. Heinricus de Bolthringen. Walterus de Lvstenowe. Dietericus et Hugo de Ihelingen. Fridericus de Witingen et Ethecho. Hainricus et Wernherus de Bondorf. Craft de Halvingen, Cunradus de Phaffingen. Fridericus et Hugo de Gomeringen et alii quam plures. <br> <br> Acta sunt hec anno M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XC<sup>o</sup>. primo ab incarnatione domini, imperante Hainrico Romanorum imperatore. Datum in Asperk<sup>2</sup> III. kalendas Augusti.

—

Der Textabdruck folgt dem Original. <br> <br> Die rote Seidenschnur, woran das Siegel hing, ist noch durch die Urkunde geschlungen, das Siegel selbst verloren.

---

<sup>1</sup>Jettenburg.

<sup>2</sup>Hohenasperg.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 5

### Überlieferung und Textkritik:

Vidimus des K. Hofkanzlers Alb v. Hohenberg, 1342 März 1: HStA Stuttgart A 474 U 6; Übersetzung auf Papier; Abschrift und Übersetzung in Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 17 und Nr. 24 (II) und (XII, S. 2); Bestätigung Karls V. von 1551 Juli 6, beglaubigte Papierabschrift: HStA Stuttgart A 474 Bü 1, S. 1-3

### Editionen:

Crusius: *Annales Suevici*, Bd. 12,2, Kap. 1, S. 507 ff. MARTIN MARGER VON SCHÖNBERG: *De advocatia armata, sive clientelari patronorum iure et potestate clientumque officio, vulgo Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit dicto, in & extra Romano-Germanicum imperium, moribus priscis & hodiernis recepto, tractatu*, Kap. 16, S. 977 ff. Besold: *Documenta rediviva*, Bd. 1, Bebenhausen Nr. 3, S. 357. Sammarthanus: *Gallia christiana*, Bd. 5, S. 520, Nr. 12 („*ex Jongelino*“). FRANZ PETRUS: *Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...]*, Augsburg 1699, S. 126. AUGUST LUDWIG REYSCHER (HRSG.): *Sammlung altwürttembergischer Statuar-Rechte*, Tübingen 1834, S. 182.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Asperg

### Ortsindex:

Asperg Wohnplatz (878) <br> Asperg, LB <br> Bebenhausen Wohnplatz (16199) <br> Bebenhausen, Tübingen, Tü <br> Bondorf Wohnplatz (88) <br> Bondorf, BB <br> Entringen Wohnplatz (16224) <br> Entringen, Ammerbuch, Tü <br> Feste Ruck Wüstung (23871) <br>

#### IV

Feste Ruck, Blaubeuren, UL, W<br> Gomaringen Wohnplatz (16114)<br> Gomaringen, TÜ<br> Greifenstein Wüstung (23747)<br> Greifenstein, Lichtenstein, RT, W<br> Grötzingen Wohnplatz (556)<br> Grötzingen, Aichtal, ES<br> Gönningen : Reutlingen RT<br> Gönningen Wohnplatz (15973)<br> Hailfingen Wohnplatz (16171)<br> Hailfingen, Rottenburg am Neckar, TÜ<br> Hohenasperg Wohnplatz (879)<br> Hohenasperg, Asperg, LB<br> Hohenberg Wüstung (26307)<br> Hohenberg, Schömberg, BL, W<br> Ihlingen Wohnplatz (7486)<br> Ihlingen, Horb am Neckar, FDS<br> Isenburg Wohnplatz (7487)<br> Isenburg, Horb am Neckar, FDS<br> Jettenburg Wohnplatz (16131)<br> Jettenburg, Kusterdingen, TÜ<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Lustnau Wohnplatz (16210)<br> Lustnau, Tübingen, TÜ<br> Metzingen Wohnplatz (15896)<br> Metzingen, RT<br> Oberstetten Wohnplatz (16056)<br> Oberstetten, Hohenstein, RT<br> Pfäffingen Wohnplatz (16227)<br> Pfäffingen, Ammerbuch, TÜ<br> Poltringen Wohnplatz (16228)<br> Poltringen, Ammerbuch, TÜ<br> Ravenstein Wohnplatz (596)<br> Ravenstein, Böhmenkirch, GP<br> Schönau Wohnplatz (6501)<br> Schönau, HD<br> Schönbuch<br> Speyer, SP<br> Tübingen Wohnplatz (16214)<br> Tübingen, TÜ<br> Weitingen Wohnplatz (7408)<br> Weitingen, Eutingen im Gäu, FDS